

Appendix. — Europa Nro. 39.

## Regnum Mortuorum.

Sermo politicus Mortuorum.

In Elysio 29. Aprilis 1808.

Hinc illae irae

— evanescent.

Don Gonzales — Ignotus.

*Don Gonzales*: Effigies marmorea. — Hoc est, et deberet esse *Pro — memoria*.

*Ignotus*: Cui hoc? Ignosce, quod quaeram, quin te, sublimis spiritus, noscam.

*Don Gonzales*: Immortali nationis nostrae, cui nomen *Cervantes*.

*Ignotus*: Non ita, nobilis spiritus! *Cervantes* accepit culpam secum in tumultum: quod per illud ridiculum, quod contra veteres Equestris ordinis consuetudines in suo *Don Quixotte* habuit, martialem Hispanorum genium everterit. Mos illorum temporum erat, ut equites debiliores defenderint, innocentes protexerint, et virtutes promoverint. *Don Quixotte* hunc ordinis equestris spiritum maculavit. Hoc obicitur *Cervantes*.

*Don Gonzales*: Cras! Cras! Vix exspecto momentum, quo statua *Cervantes* hic stabit. Tu genialis, contempte, ac inedia affecte *Cervantes*!

*Ignotus*: Multis posita est statua, qui gloria, et fame perierunt. Datum est illi post mortem, quod etiam in vita habuit, nempe lapides loco panis.

*Don Gonzales*: Ingeniose peregrine, gratulor mihi de tua amicitia.

*Ignotus*: Monumentum Nepotum est saltem analogum negligentiae Patrum. Fundatio pro vivis, quos genius periculo famis exponit. *Hippocrenes* terrestris pro temerariis filiis magnorum Parentum, saltem nominibus eorum ornata, esset monumentum simul, et hostia.

*Don Gonzalez*: Sublimis idea.

*Ignotus*: Quae etiam, ut adparet, stupendo moritur.

*Don Gonzalez*: In Castilia nova recte reperimus venam marmoris, cui posseque primitias ejus convenientius devo-

vere, quam illi magno viro, concivi nostro, et immortalibus operibus suis civis omnium aetatum evasit.

*Ignotus*: Bene quidem; gloriamur marmore domestico, sed an sanguis in venis nostris ferveat, qui marmore hoc dignus esset?

*Don Gonzalez*: Saltem in expectatione futurorum volumus esse justi erga Praeteritum. Donec noster *Miguel Saavedra* ob ingratitude[m] posteritatis vindicetur, videor in camera martyrum esse.

*Ignotus*: Camera martyrii apud debiliores est cor proprium: An Alcala de Hennes est etiam tua Patria, Senor? —

*Don Gonzalez*: Est mihi fortuna, quod communem cum Cervantes patriam habeam. — *Ignotus*: Et vocatio tua? — *Gonzalez*: Sum medicus.

*Ignotus*: Oportet etiam eum primo hunc fieri. — *Gonzalez*: Etiam aliquo tempore ordinarius Episcopi Toletani — *Ignotus*: Etiam ille fuit Camerarius Cardinalis *Aquaviva*.

*Gonzalez*: Unicus Camerarius in suo genere: Tum sentiens me ad majora natum, ut medicus castrensis castra secutus.

*Ignotus*: Qualis parallela vitae utriusque: Etiam ille reliquit Antecameram, ut in armis manum amittat; et tu utramque servasti?

*Don Gonzalez*: Grates superis, ut debita solvere poterim. — *Ignotus*: Cervantes fecit hoc ipsum dextra. — *Gonzalez*: Is non solvit, sed mutuavit; is est maximus noster, cum primis meus Creditor. — *Ignotus*: si tibi gratas causavit horas, recepit cum foenore debitum. — *Gonzalez*: Erant bona mixta malis, dulcia amaris — Ego sum Aveilandae Pronepos.

*Ignotus*: Avellandae Pronepos! non fuit is non vocatus Don Quixotte continuator? *Gonzalez*: Delictum — *Ignotus*: Cujus Saavedra. — Cervantes ipse jam dudum oblitus — *Gonzalez*: Ipsa aetas vindicat. — *Ignotus*: Don Quixotte supervixit ipsum *Lermæ* furorem, et delectat utramque Castiliam: Quid ergo adhuc deest? — *Gonzalez*: Monumentum — fidei nepotum in anima Majorum. — *Ignotus*: Majoris faciunt coetanei nostri signa martyrii, quam veteres ipsum Martyrium. — *Gonzalez*: Possibile; feci hoc monumentum viribus magis coarctatis. — Reipsa futurum est cras.

*Ignotus*: Qui tenuibus viribus facit, quod potest, exolvit cum foenore debitum, quod ei nativitas imponit, et vocatur jure vir justus, et utilis. — Tu es; ast his hic opus non est. *Gonzalez* attonitus; Quomodo? — *Ignotus*: Genius est ubique domi, habitatque in quavis forma, semper di-

ves. — Nec compedes, nec convenientia tollunt eum. Impedire possunt operationes ejus et obstruere flammam, ast flammam coelestem nunquam suffocabunt; Tantum frater ejus uterinus succumbit. *Talentum* succumbit impedimentis. Expiasti, quod Cervantes neglexit. Avellenedae Pronepos expiavit: Caelum Poetae est in manibus ejus; gratus ei, quis quis hanc potentiam cum eo partiri vult, et potest. (His dictis, spiritus disparuit)

*Gonzalez*: (laclamando fugientem spiritum) Audi, quid in Patria nostra fiat: Ephemerides Galicae de 21. Aprilis continent Articulum circa res Hispaniae, quae tanto magis attendi merentur, quo certius est, illum esse Mentis Gubernii interpretem, et quasi opinionem ejusdem praeliminaem. Ante omnia refellit promulgatam opinionem circa ingentes thesauros Principis Pacis, ejusdemque cur: Anglis cointelligentiam, tandem ita continuat: Dicebatur; abdicatio Regis Caroli, quam tanti tumultus praecesserant, et inter adeo insolita adjuncta venerat, fuisse spontanea. Haec est praecipua sanesententia. Quaestio haec tanti momenti decidetur coram tribunali Napoleonis Bajonnae. Quod si ante causae exitum sententia ferenda esset, annon probant eventus Madritenses, voluntatem Regis Caroli vi extortam fuisse? Edidit is Proclamationem, se exercitui suo praecire velle; mox, id est, una hora ante suam resignationem vidit ministrum et amicum suum per tumultuosos milites in plateis raptatum, quin exercitus eum contra furorem inimicorum ejus defendere potuerit. Vidit, reginam periculo vitae expositam fuisse; uno verbo, cuncta probant adjuncta, conspirationem in *Aranjueez* fuisse duntaxat effectuationem prioris in *Escorial* vere praeterito. Si abdicatio Regis spontanea fuisset, pepercissent viri, qui debilem Principem Ferdinandum dirigebant, dolori Regis, ne fidum servum, et amicum ejus in oculis ipsius contumeliis affici, et in carceres raptari svisissent. An primo actu novi Gubernii revocassent omnes illos viros, qui contra regem conspirarunt? Hae non sunt Scenae convenientes seu abdicationi, seu solii ascensioni; actus ejusmodi solennes non solent praecedere violentiae tumultuantis, et conductae plebis, et militiae; resignatio enim supremae potestatis voluntaria est actus non minus solennis, quam inauguratio. Dum Carolus V. coronam deponere velle decrevit, erat Bruxellis, et jam praeteriit annus, dum Imperii gubernacula resignavit; Communicavit mentem suam Legatis, et aulis exteris. Redux in Hispaniam, per continuos 6. Menses praeparavit omnia pro hac resignatione, quemadmodum dispositiones testamentarias facere moris est; et non nisi publicata solenniter hac sua voluntate, dispositisque praevis omnibus, recessit ad *Escuriale*. Eadem pro-

vere, quam illi magno viro, concivi nostro, et immortalibus operibus suis civis omnium aetatum evasit.

*Ignotus*: Bene quidem; gloriamur marmore domestico, sed an sanguis in venis nostris ferveat, qui marmore hoc dignus esset?

*Don Gonzalez*: Saltem in expectatione futurorum volumus esse justus erga Praeteritum. Donec noster *Miguel Saavedra* ob ingratitude posteritatis vindicetur, videor in camera martyrum esse.

*Ignotus*: Camera martyrii apud debiliores est cor proprium: An Alcala de Hennes est etiam tua Patria, Senor? —

*Don Gonzalez*: Est mihi fortuna, quod communem cum Cervantes patriam habeam. — *Ignotus*: Et vocatio tua? — *Gonzalez*: Sum medicus.

*Ignotus*: Oportet etiam eum primo hunc fieri. — *Gonzalez*. Etiam aliquo tempore ordinarius Episcopi Toletani —

*Ignotus*: Etiam ille fuit Camerarius Cardinalis *Aquaviva*.

*Gonzalez*: Unicus Camerarius in suo genere: Tum sentiens me ad majora natum, ut medicus castrensium castra secutus.

*Ignotus*: Qualis paralella vitae utriusque: Etiam ille reliquit Antecameram, ut in armis manum amittat; et tu utramque servasti?

*Don Gonzalez*: Grates superis, ut debita solvere poterim. — *Ignotus*: Cervantes fecit hoc ipsum dextra. — *Gonzalez*: Is non solvit, sed mutuavit; is est maximus noster, cum primis meus Creditor. — *Ignotus*: si tibi gratas causavit horas, recepit cum foenore debitum. — *Gonzalez*: Erant bona mixta malis, dulcia amarum — Ego sum Aveilandae Pronepos.

*Ignotus*: Avellandae Pronepos! non fuit is non vocatus Don Quixotte continuator? *Gonzalez*: Delictum — *Ignotus*: Cujus Saavedra. — Cervantes ipse jam dudum oblitus — *Gonzalez*: Ipsa aetas vindicat. — *Ignotus*: Don Quixotte supervixit ipsum *Lermae* furorem, et delectat utramque Castilliam: Quid ergo adhuc deest? — *Gonzalez*: Monumentum — fidei nepotum in anima Majorum. — *Ignotus*: Majoris faciunt coetanei nostri signa martyrii, quam veteres ipsum Martyrium. — *Gonzalez*: Possibile; feci hoc monumentum viribus magis coarctatis. — Reipsa futurum est cras.

*Ignotus*: Qui tenuibus viribus facit, quod potest, exolvit cum foenore debitum, quod ei nativitas imponit, et vocatur jure vir justus, et utilis. — Tu es; ast his hic opus non est. *Gonzalez* attonitus; Quomodo? — *Ignotus*: Genius est ubique domi, habitatque in quavis forma, semper di-

ves. — Nec compedes, nec convenientia tollunt eum. Impedire possunt operationes ejus et obstruere flammam, ast flammam coelestem nunquam suffocabunt; Tantum frater ejus interinus succumbit. *Talentum* succumbit impedimentis. Expilii, quod Cervantes neglexit. Avellenedae Pronepos expilavit: Caelum Poetae est in manibus ejus; gratus ei, quis quis hanc potentiam cum eo partiri vult, et potest. (his dictis, spiritus disparuit)

*Gonzalez*: (laclamando fugientem spiritum) Audi, quid in Patria nostra fiat: Ephemerides Gallicae de 21. Aprilis continent Articulum circa res Hispaniae, quae tanto magis attendi merentur, quo certius est, illum esse Mentis Gubernii interpretem, et quasi opinionem ejusdem praelinearem. Ante omnia refellit promulgatam opinionem circa ingentes thesauros Principis Pacis, ejusdemque cur: Anglis cointelligentiam, tandem ita continuat: Dicebatur; abdicatio Regis Caroli, quam tanti tumultus praecesserant, et inter adeo insolita adjuncta evenerat, fuisse spontanea. Haec est praecipua sane sententia. Quaestio haec tanti momenti decidetur coram tribunali Napoleonis Bajonnae. Quousi ante causae exitum sententia ferenda esset, annon probant eventus Madridenses, voluntatem Regis Caroli vi extortam fuisse? Edidit is Proclamationem, se exercitui suo praesire velle; mox, id est, una hora ante suam resignationem vidit ministrum et amicum suum per tumultuosos milites in plateis raptum, quin exercitus eum contra furorem inimicorum ejus defendere poterit. Vidit, reginam periculo vitae expositam fuisse; uno verbo, cuncta probant adjuncta, conspirationem in *Aranjuez* fuisse duntaxat effectuationem prioris in *Escorial* vere praeterito. Si abdicatio Regis spontanea fuisset, percissent viri, qui debilem Principem Ferdinandum dirigebant, dolori Regis, ne fidum servum, et amicum ejus in oculis ipsius contumeliis affici, et in carceres raptari siverent. An primo actu novi Gubernii revocassent omnes illos viros, qui contra regem conspirarunt? Hae non sunt Scenae convenientes seu abdicationi, seu solii ascensionem; actus ejusmodi solennes non solent praecedere violentiae tumultuantis, et conductae plebis, et militiae; resignatio enim supremae potestatis voluntaria est actus non minus solennis, quam inauguratio. Dum Carolus V. coronam deponere velle decrevit, erat Bruxellis, et jam praeterit annus, dum Imperii gubernacula resignavit; Communicavit mentem suam Legatis, et aulis exteris. Rediit in Hispaniam, per continuos 6. Menses praeparavit omnia pro hac resignatione, quemadmodum dispositiones testamentarias facere moris est; et non nisi publicata solenniter hac sua voluntate, dispositisque praevis omnibus, recessit ad *Escoriale*. Eadem pre-

permodum erant adjuncta occasione resignationis Philippi V. Intermedio inter resignationem, et inaugurationem successoris tempore mansit populus, et exercitus in fide, ac tranquillitate.

Comparemus his casum praesentem: Insultationes Majestati praecesserant, dum Carolus IV. necdum resignavit. Hora 1. videbantur Scenae tumultuosae renovari, et hoc eodem tempore confecta erat resignatio, et novus Rex proclamatus; haec diversitas nullius, qui adjuncta metiri novit, attentionem effugient. Resignatio in medio anarchiae inter publicas auctoritates, indisciplinae in exercitus in metropoli, profecto vix potest dici actus spontaneus, et praemeditatus si; Carolus ex arbitrio egisset, mansisset saltem aliquot diebus in solio, declarasset suam voluntatem Legato Gallico, et generalatui, quos de voluntate sua praevenire multum sane intererat. Dixisset huic Legato, suam esse voluntatem, semet solio abdicare, at se aliquo tempore adhuc imperare velle, ut effectum hujus suae voluntatis ipse regat. Intra tres dies futurus est filius meus Rex, agnoscat eum Regem, qui dignitatem suam a me, et ex lege habet. — Sed per proscriptionem primi Ministri, et amici Regis resciverunt primum Legatus et exercitus gallicus, gubernium in novis esse manibus. Haec data sunt publica, adeoque indubia, quibus omne iudicium superstrui debet. Cabineti sciunt forte plura, sed nos, qui tantum facta novimus, et qui Regnantibus debitam venerationem exhiberi debere scimus, non possumus non advertere, quod in iis, quae evenerant, liberam resignationem non videamus, imo haud obscure consecrata praeparatae, et violentae revolutionis cernamus. Huc pertinet alter etiam articulus *Gadibus 25. Martii*. — Adhuc nulla est fixa opinio circa eventus, qui sceptrum in alias manus transtulerunt; sed moderatior pars dicit. Filium contempsisse debitam Patri, et Majestati venerationem, dum usus est occasione tumultus ut patrem ad cedendum regno permoveat, quem nec aetas, nec aegritudo, nec naturalis inclinatio moverunt — singulare sane est illud, quod Monitor Principem Asturiae nullibi adhuc Regem nominet. —

#### Biographia.

*Miguel Cervantes Saavedra*: Erat medicus, sed mox Camerarius Cardinalis Aquaviva Romae. Tum secutus militiam, amisit manum sinistram, et incidit in captivitatem Algiriensem. Obiit 1616 fame, quia Minister *Lerma* putabat, *Don Quixotte* esse satiram contra se — *Don Gonzales* Celebris medicus, et Scriptor, et Professor ad Universitatem salamankensem, Pronepos *Avellandae*, qui opus *Don Quixotte* dictum continuavit.